



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CCCIV. König Siegmund von Polen ernennt Commissarien zur Grenzregulirung Polens und der Neumark, und ertheilt denselben ein Instruction, am 12. Februar 1541.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

vnd Nachkommen an vnfern vnd sonst männiglich an seinen Rechten ohne Schaden, ohne Gefehrd. Zu Urkund mit vnfern anhängenden Infiegel besiegelt vnd Geben auf vnfern Schloß zu Cüftrin, am freitage nach Octavas Trium Regum, Anno 1541.

Nach einer Abschrift im Königl. Provinzialarchiv zu Stettin. Die Abschrift scheint auf der vorigen Seite Zeile 6 von unten, eine fehlerhafte Wiederholung zu erhalten.

CCCIV. König Siegmund von Polen ernennet Commissarien zur Grenzregulirung Polens und der Neumark, und ertheilt denselben eine Instruction, am 12. Februar 1541.

Sigismundus, Dei Gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Mafovie et Samogitiae etc. Dominus et Heres, Universis et singulis, quorum interest, planum, testatumque facimus, Quod cum personarent aures nostre crebris hominum nostrorum querimoniis de Finium iniuriis, quod qui sunt in Marchia Terris nostris viciniore, ii progredi ultra Fines et tam ea, que nostra, quam que nostrorum hominum sunt, usurpare sibi auderent, qua ex re Magne essent orte controversie, misimus Oratorem nostrum ad Illustrissimum Dominum Joannem Marchionem, ut ea, que bone vicinitati essent contraria, prohibere conaretur, cuius Illustritas ita cum Oratore nostro convenit, ut uterque nostrum suos mitteret ad regundos fines Iudices Commissarios. Nos itaque iuxta Pacta, que inter Illustrem Dominum Marchionem et Oratorem nostrum intercesserunt, mittimus in presentia Commissarios nostros, Reverendum in Christo Patrem Dominum Sebastianum Episcopum et Magnificos Joannem Lataiski Palatinum et Junivladislaviensem Capitaneum, Andream Comitem de Gorcka, Castellatum et Capitaneum Maioris Polonie Generalem, Posnanienses, atque eis plenam, et omnimodam facultatem terminandorum Finium deque iniuriis cognoscendi Presentibus concedimus, quecumque per eos acta, facta, transacta fuerint, ea rata, grataque habituri. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum Presentibus est appensum. — Datum Vilne, 12. Februarii Anno Domini MDXLI, Regni nostri Anno XXXV.

Sigismundus Rex.

Instruction. Commissarii nostri, quum ad regundos fines erunt profecti, conquirant undique Diplomata, quecumque habere poterint, in quibus Limites sint descripti. Nos in Thesaurio nostro queri etiam iussimus, si que essent eius generis Litere, que si reperte fuerint, in manus eorum per Nos mittentur. Legent preterea diligenter Legationem, quam habuit Aulicus noster Generosus Nicolaus Hipschitz ad Illustrem Dominum Marchionem et Responsum illius. Inde enim, quid faciendum eis sit, colligent, nam Nos ut maxime velimus aliquam instructionem dare, tamen cum situm loci istius perspectum non habeamus, neque unquam isthic fuerimus, rectius posse consilium dare videmus eos, qui isthic habitant, qui statum rerum omnium tenent, Bonorum Tenutarii in finibus constituti.

Non dubitamus autem, quin eiusmodi Diplomata habeat alicubi Magnificus Andreas de Gorcka, Castellanus Posnaniensis et Capitaneus Maioris Polonie Generalis. Postea quam in rem presentem ventum erit, querent ex eis, qui fuerint etate provectiores de Finibus et cum eorum relatione, tum Scriptis nostris, si que habebunt, innitentur, atque omni cura providebunt, ne quid

occupent vicini diutius, ii qui sunt Ditionis Illustris Domini Joannis Marchionis, quod ad Regnum nostrum pertineat, Quandoquidem et Nos nihil Nobis volumus alienum usurpare.

Quod si viderint eos, qui missi erunt ab Illustrissimo Domino Marchione, Terre nostre appetentiores, et ultra Limites Provinciae suae progredi velle, nequaquam id patientur, omnia nihilominus facient, ut ne rebus infectis discedant. Ita tamen ut ab omni simultate caveant, sed ad Nos se relaturos de eis, quae acta ibi erunt, dicant deque die conveniant, quo iterum ad terminandos conveniant, a suo quisque Principe informatione accepta.

Ac mallems Nos quidem confici isthuc negotium citra alterutrius Partis iniuriam, sed si id fieri non poterit et quod nollemus, inchoatis rebus discessum erit, in proximis Regni Comitibus Literas inspiciemus, si quae offendi poterint et quemadmodum scriptum in illis fuerit de Consilio Regni nostri Senatorum, procedi deinceps in causa hac iubebimus. Modo ut Commissarii nostri cum Commissariis Illustris Domini Marchionis, si quae erit in regundis finibus difficultas, viam et rationem inveniant, qua tolli ea possit et omnes iste controversie complanari, ac pacatis et constitutis inter se rebus, ad suos quique Principes redeant.

Quod attinet ad Nos, quibus de rebus citra utriusque Partis iniuriam inter Commissarios convenerit, libenter ad eas assensum nostrum prebebimus. Idem facturum Illustris Dominum Marchionem Nobis persuademus.

Volumus preterea, ut iidem Commissarii nostri de iniuriis ultro citroque illatis cognoscant, et aut per Concordiam de eis transigant, aut quacunque possunt honesta ratione componant.

Nach Dogiel Cod. Pol. I, 434.

CCCV. Vergleich des Kurfürsten Joachim II. und des Markgrafen Johann über die Theilung der geistlichen Güter, vom 13. August 1543.

Von Gottels gnaden wier Joachim etc. vnd Johanness, gebruder etc. — bekennen — Nachdem die Geistliche Gueter von Prälaten, Clöstern vnd Stifften itzo fast in vorenderung kommen vnd denn etliche von Prälaten vnd Clöstern, welche in vnser beiderseits Landen Dörffer, Güter vnd einkommen haben, seint, haben wier vns derselbigen halb dermassen voreinigt, das wo von vns in denselbigen vorenderunge gemacht wurden, das solche Güter, souil der in vnsern des Churfursten Landen gelegen, obgleich die Prälaten oder Closterpersonen in vnsern lieben Bruder Marggraff Johansen Landen mitt Lieb residiret hetten, vns sollen verbleiben vnd hinwider do die Prelaten in vnsern des Churfursten Landen gesehen oder wohnhafftig vnd in vnsern lieben Brudern Marggraff Johansen Landen an Gütern vnd Einkommen hetten, sollen dieselbigen seiner liebe gleichergestaldtt folgen vnd bleiben, tewelich vnd vngefahrlich. Zue Urkund etc. Geschehen vnd gegeben zue Copenigk, am Montag nach Laurentii, Christi vnsern lieben herrn Geburth 1543 Jarels.

Joachim, Churfurst, manu propria.

Nach einer alten Copie.